



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Vigesimoquarto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

fametur. Tum ibi solus operatur deus, Tum ibi nihil est humani operis. Hoc tum vocatur sabbatum vere seruasse & sanctificasse. Tum homo a seipso non ducitur. Tum non per seipsum voluptate afficitur, tum nulla re turbatur, sed deus ipse eum ducit, ibi tū plane diuinæ sunt voluptates, pax, & leticia, vna cum alijs bonis operibus, & virtutibus.

VIGESIMOTERTIO.

¶ Hæc opera deus tantū facit, vt iubeat sabbatum non solum seruari, sed etiam sanctificari seu sanctum iudicari, ita ostendens, nihil esse melius, nihil preciosius, quam mori, pati, & omnes breuiter calamitates. Sunt enim reliquiæ imo sacra consecrantia siue sanctificantia hominem a suis operibus, ad opera dei, sicut templum a naturalibus operibus consecratur ad dei culturam. Itaq; recognoscat eas homo pro reliquijs venerabilibus, gaudens & deo gratias agens si veniant. Nam aduenientes eum ita sanctificant, vt hoc præceptum perficiat, & saluus fiat, liberatus ab omnibus suis peccatis. Sic David dicit. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Atq; vt nos ad hæc confirmet & animet, non solum nobis sabbatum præcepit (natura enim valde inuita moritur & patitur, & est amarus sabbatismus, ociosam a suo opere & moriū esse) sed multiplicibus nos verbis in scripturis consolatus est, nobis dicens, P̄sal. 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eū. Item p̄sal. 33. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Neq; illis contentus, dedit nobis efficax & sorte exemplum, vnicum suum filium IHESVM dñm nostrum, qui sabbato toto die festo iacuit vacuus & inanis omnium suorum operum & primus omnium hoc præceptum impleuit, quamq; nulla necessitate pro seipso, sed tantum ad nostram consolationem, vt nos in omnibus nostris passionibus, atq; adeo etiam morte tranquilli, & quieti simus, & pacem habeamus, respicientes CHRISTVM post suam requiem & sabbatum resuscitatum, deinceps tantum in deo, & deum in illo viuente. Sic & nos per mortificationem nostri Adæ (quod perfecte non fit nisi per mortem nature, & sepulturam) erigimur in deum, vt deus in nobis perpetuo & viuat & opereatur. Ecce hæc sunt tres partes hominis, ratio, voluptas, & molestia, in quibus omnia eius opera proficiuntur, per has tres exercitationes, dei imperium siue regimen, nostras castimodias, & externas offensiones, mortificanda, vt ita spiritualem sabbatum celebrantes, dei operibus locum concedamus.

VIGESIMOQVARTO.

¶ Verū eiusmōdi opa & passioes oportet in fide & bona fiducia diuinae moris fieri, vt sicut dictum est, omnia opera in primo præcepto & fide

G ij

Ideo præceptum de sanctificando sabbato vt iudicatur, res sanctus esse, adhibitione.

Anacepha-
leosis trium
praeceptorū.

māeant, & fides ī eisdem sese exerceat & confirmet, propter quod omnia
reliqua & opera & praecepta posita sunt. Ideo vide quam pulcher aureus
annulus ex his tribus praeceptis & eorum operibus seipsum fabrefaciat,
& quomodo ex primo praecepto & fide fluat secundum vsq; in tertium,
& rursum tertium per secundum in primum penetrat. Nam primum
opus est, credere, & bonum cor & fiduciam ad deum habere. Ex eo des-
luit secundum bonum opus, dei nomē laudare, gratiam eius confiteri,
ipsi soli omnem gloriam transcribere & tribuere. Deinde sequitur ter-
tium, dei culturam siue seruitutem, orationibus, auditione sermonum,
meditatione beneficiorum dei exercere, ad haec se castigare & suam car-
nem edomare. Satanas igitur videns eiusmodi fidem, dei gloriam &
culturam, insanit incipiens persecutiones, adortus corpus, bona, hono-
rem, & vitam, infligit nobis morbos, ignominiam, & mortem, ita per-
mittente & ordinante deo. Ecce tum incipit secundum opus, siue secun-
dus sabbatissimus tertij praecepti, per quem fides mirum in modum pro-
batur, velut aurum in fornace. Nam magna res est, bonā fiduciam ad
deum seruare, etiam mortem, ignominiam, morbum, inopiam immit-
tentem, & in tam horribili imagine mortis eum nihilo secius pro mihi-
simo parere habere. Quod fieri oportet in hoc opere tertij praecepti, vbi
passio cogit fidem ad inuocandum nomen dei, & laudandum in eius-
modi passionibus, & ita iterum venit tertium praeceptum in secundum.
Et per inuocationem & laudem nominis diuini, nascitur fides, rediens
in seipsam & confirmans seipsam, per duo opera tertij & secundi prae-
cepti. Ita fides egressa in opera, redit per opera in seipsam. Sicut sol oris-
tur vsq; in occidentē, post hac ad orientem reuertens. Qua de re in san-
ctis scripturis dies proprie tribuitur pacificae & tranquillae vitae in ope-
ribus: Nox autem patienti vitae & calamitatibus obrute, in aduersitatibus.
Et sic fides in vtraq; vita viuit & operatur, egreditur & ingreditur. Vt
Christus Iohannis .6. dicit.

VIGESIMOQ VINTO,

Collatio pre-
ceptorū ad
orationem
dominicā,

¶ Hunc bonorum operum ordinem oramus in oratione dominica.
In qua primum est quod dicimus, Pater noster qui es in caelis. Quae
verba sunt primi operis fidei, quod tenore primi praecepti nihil dubitat
sese habere propitiū deū & patrem in caelo. Secundum, Sanctifis-
cetur nomen tuum. Quo fides petit dei nomen, laudes, & gloriam pre-
dicari, dei nomen in omnibus aduersitatibus inuocans, tenore secundi
praecepti. Tertium: Adueniat regnum tuum. Quo verum & legitimi-
mum sabbatum & ocium nostrorum operum oramus, vt in nobis tā-
tum dei sit opus, & ita deus in nobis vt in suo regno regnet, vt ipse dixit.
Amen dico vobis. Regnum dei nusquam, nisi intra vos est. Quarta
petitio est: Fiat voluntas tua. Qua oramus vt septem praecepta secun-